præmissorum omnium et Singulorum tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum Succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo præmisso ad solvendum Succubito ac re aliqua principali ex præmissis non completa complenda Citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Alexander Golembiowski sive ipsius posteri ad instantiam suprascripti Illustris et Magnifici Hieronymi Augustini Comitis in Wisznic et Jaroslaw Lubomirski Equitis Melitensis Abbatiæ Tynecensis Comendatoris, Cessionarij sui vel illius Successorum Ad Officium præsens Castrense Capitaneale Præmysliense extunc recessu supratbo quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio, stare Juri parere, respondere Vadium prædictum luere, Inscriptioni præsenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seqs ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus illum Terminum primum peremptorium ut et alios omnes exinde consequentes Causæ eiusdem terminos semper peremptorios Vera Infirmitate pro Maiori Minorennitate Successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Custodiam vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad Quietationem præterea ultra primos et proximos Officij præfati Castrensis Capitanealis Præmysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones apellationes ac earum prosequutiones faciendo, ac præmissa Omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus Suspensionibus fatalis Juris præscriptione Terrestri, bello Convetioneque ac aliis Omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis Evadendo Hac sua præsenti personali Recognitione ad præmissa Omnia mediante.

Actum in Castro Præmysliensi Feria Secunda in Cra:

2208

stino Festi Sanctissimæ et Indiui

duæ Trinitatis Anno Domini Mil:

2/VI lesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

Podhorodecki in rem Winnicki Scriptum certum Approbat

Coram Officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliens. personaliter Comparens Nobilis Archorius Podhorodecki sanus mente et Corpore existens a Terris Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusq suis

295 quibusuis proprijs et Competentibus præsenti uero Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Præmysliensi quo ad actum modernum attinet secum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipse Cliberando Nobilem Stephanum Podhorodecki Patruum suum ab onere statutionis sui Recognoscentis ad approbandam Inscriptionem Roboratoriam per eundem Patruum suum in rem et personam Generosi Stephani Winnicki Feria Sexta post Dominicam Cantate proxima Anno præsenti Coram Actis Officii præsentis factam eandem Roborationem Scripti certi manualis de Actu illius in Mana Stezec die Vigesima Martii Anno Currenti Conscripti in toto, et per omnia Conditiones Eiusdem Scripti manualis generaliter omnes plenarie roborando approbat, confirmat et ratificat Hac sua præsenti personali Recognitione ad præmissa omnia et singula mediante

Feria Tertia